Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



159

secundo mense inquit postquam de aegypto profecti sunt.
quintae decimae diei mensis murmuraverunt populi adver
sum moysen dicentes: Vtinam mortui fuissemus inter
ra aegypti cum sederimus super olla carnis et manduca
veremus panes ad satietatem. quam eduxisti nos
in desertum hoc necare omnem synagogam fame. Esto! Ergo
propter correptionem legentium indicatur populi pec
catum. quia murmuraverunt et in gratias fuerunt bene
ficiis divinis cum caeleste manna susciperet. quid
etiam dies scribitur in qua die murmuraverunt po
puli: secundo inquit mense quintadecima die mensis.
Quodutique non absque ratione scriptum est; Re
cordare de legibus paschae quae dictae sunt. et invenies
ibi hoc esse tempus quod statutum est ad secundum pasche
faciendum his qui inmundi inventi fuerunt vel
occupati in negotiis peregrinis; qui ergo non fuerunt inmun
di in anima vel non longe peregrinabantur. quasi de
cimae diei mensis paschae fecerunt. qui autem longe pere
grinabantur et inmundi erant. secundum pascha in hoc tem
pore, quo et mundi caelo descendit. In die quo
primum pascha fit non descendit manna sed in
hoc quo secundum pascha fit; Videamus ergo nunc
quis sit in his ordo mysterii; Primum pascha primi
populi est! Secundum pascha primi est. Nos enim